

CLARISSIMO ET MAGNA-  
NIMO VIRO DON FERDINANDO  
GONZAGA PRINCIPI STRENUO


CAROLI IMPERATORIS, ET PHILIPPI

Regis familiarissimo, & Domino suo colen-

dissimo, PETRVS FOLLERIVS

Sanseuerinus, I. V. D.

Fœlicitatem.



*V*M decreuisssem lucubratiunculas meas quasdam nuper addi-  
tas ad Marantam, verè Speculum Aduocatorum Regni, edere,  
sciens quantum intersit, quid noui emittere, cum fiat scopus om-  
nium instructos habentium arcus nequitia & linguarum viru-  
lentarum sagittis: & id quidem eò facilius euenire, si libri absque  
Comite, & Patrono exponantur naufragio in eiusmodi fluctuoso  
mari, & extremo discrimine: Sape sæpius mecum ipse cogitavi Opusculum hoc sub ali-  
quo strenuo patrocinio edere, animoq; voluens cuiusnam adhaerendum foret, vt sub eius  
Imperio securius enauigaret, præstantiorem te vidi neminem, Magne Ferdinande, ad-  
miranda virtute, & animi magnitudine præditum, natalium splendore, & familie  
excellencia dotatum præclarissimarum, & memorabilium rerum, & domi, & militia  
gestarum exornatum, hominem denique maxima reuerentia vndequaque dignum.  
Statui proinde tibi idem consecrare: Idque tum propter Commentarioli fauorem, cum  
ob debitum, & studium in te meum. Nam cum sim tibi nouus (vt aiunt) vexaxus,  
tūque mihi nouus Princeps perpulchrè (meo quidem iudicio) Opusculum istud aliter,  
quam ex primi artificis officina prodierit, noua phrasi, nouis & nō inutilibus scholiis  
nouissimè venustatus dedicatur. Nec vereor pœnitendum hominem elegisse, quinimò  
quacunq; animus optarit meus, ex sententia successura spero, quod exitus ipse proba-  
bit. Prodiens enim sub tantis tuis auspiciis præcludetur profectò nasutis, inuidis, petu-  
lantibus omnibus, seu maus deterrimis capitibus, mordendi via, quibus umbra tue  
virtute, & lepore perterritis, deficiet proculdubio vigor omnis, & omnis animi atro-  
citas, nec vnquam obesse, vel tantillum poterunt: Sed nisi tu mihi Patronus adsis,  
nulla emergendi spes est? quod vt efficias etiam atque etiam rogo. Benè vale.



TRACTATUS DE  
ORDINE IUDICIORVM  
DOM. ROBERTI MARANTÆ,

CVM ADDITIONIBVS D. PETRI  
FOLLERII.

PROEPIVM.

1. Deus cunctorum plasmatior, omnia suo ordine gubernanda praecepit.
2. Iudicium iustum conuenit ut à diuinis operationibus non difformetur.
3. Ordo modus est agendi sine quo nihil rectè agitur.
4. Actum nostrum inanem efficiunt, quæ sine legitimo initio gerimus.
5. Ordo periosus, vel amissus annullat actum.
6. Ordo quæ seruandus.
7. In consiliis & in reformationibus ordo seruari debet.
8. Vocem primam habere in consilio debet qui maior est dignitate & dignior.
9. Doctores, vel canonicis pluribus, præferri debet qui dignitatem prius acquisiuit.
10. Sedere à dextris Principis maior est honor.
11. Actoris Aduocatus prius, & postea Rei, debet proponere & allegare.
12. Ordo in sententiis & decretis exequendū debet seruari.
13. Tortura à timidiore seu à magis suspecto, vel famina debet incipi.
14. Filius prius torquetur, quando de eodem delicto pater & filius sunt inculpato.
15. Mortuus prius pater præsumitur quando pater & filius, vel mater & filius in eodem conflictu, bello, aut mari, moriuntur.
16. Debitorum principales in conueniendis fideiussoribus & tenentibus possessoribus, debent prius excuti & conueniri.
17. Verborum ordo, in legatis & dispositionibus seruatur.
18. Tutor, qui tutelam administrat, in pluribus conueniendū, debet prius conueniri.
19. Stipulatio non præcedente interrogatione vel sine responsione non valet.
20. Ordo ex iuris præsumptione in debitorum solutione seruatur.
21. Iudicium est lapis angularis totius legalis doctrina: & ideo summo ordine regi debet.



**P**OSTquam supremus exi  
terreque Dominus totius mun  
di machinā, suo quidem mi  
ro constituit ordine, homi  
nemque ad sui imaginē com  
pegit, ut moribus ac legibus  
humanum genus viueret, desuper statuit, cetera  
cunctis sectari, prauaque abominari præci  
piens: quod ipsum legem esse testatur Cicero  
libro 1. de natura Deorum, & rerumque ordi  
nem, sicut ipse cunctorum plasmatior in ipsius  
orbis molitione composuit, ut habetur Genes.  
ca. 1. Ita etiam inferiora omnia suo ordine gu  
bernanda præcipit: teste Apostolo ad Corin  
thios. ca. 14. ubi inquit, Omnia honestè & se  
cundum ordinem fiant in vobis: nam inde bo  
ni nihil emergit, ubi ordo deficit. & Demissis  
itaque diuina prouidentia legibus, easdem in  
terrestri iudicio deduci ac ventilari oportuit.  
Quod quidem iudicium suo simul ordine in  
stitui conuenit, ut à diuinis operationibus  
non difformetur. & Cum igitur de huiusmo  
di legali iudicio aliqua in presenti libello pro  
iueam, maxime Aduocatorum & Iudicum  
utilitate, atque introductione, discutere, discuti  
endoque, cumularo delectet: merito ipsius  
ordinem ante omnia perquirendum esse con  
sentaneum duxi: cū (ut inquit Baldus in tract.  
schismatis. col. tertia) ordo sit modus agendi,  
& sine quo nihil rectè agitur. & Et ibidem dicit,  
quod omnia que gerimus, nisi legitimum in  
itium habeant, inanem nostrum actum effi  
ciunt. l. quæcumque gerimus. ff. de action. &  
oblig. & Hinc videmus, quod ordo verborum dat  
quaque formam, & si fuerit omissus aut per  
uersus, annullat actum, cap. cum dilecti, & ibi  
a plicè

DO. ROBERTI MAR-  
RANTÆ I. V. D. QVÆ-  
STIONVM LEGALIVM  
DISPVATIONES DECEM.



DISPVATIO PRIMA.

An Ordinarius loci ad mandatum  
Delegati à Principe teneatur e-  
xequi sententiam ipsius delegati  
evidenter iniustam : & an possit  
sibi de facto resistere.

- 1 Delegatus principis in causa sibi commissa est maior  
quocumque Ordinario, & hoc qualiter intelligatur,  
num. 40.  
Index inferior non cognoscit de viribus sententiæ Super-  
rioris, neque potest imponere legem Superiori.
- 2 Index Ordinarius habet firmiorem iurisdictionem, sed  
Delegatus Principis digniorem.
- 3 Causa delegata per Principem, censetur quo ad illa  
sublata omni potestas Ordinario; etiam Delegato  
mortuo, & processus per Ordinarium factus super ea,  
est nullus.
- 4 Delegatus Principis potest mandare Ordinario, ut suam  
sententiam exequatur. num. 5. 20.  
Principi si mandat hominem occide, debet sibi obtem-  
perari, siue iuste siue iniuste faciat, quia non habet ho-  
minem, qui sua facta diiudicet, & eius sola voluntas  
habetur pro causa.
- 6 Delegatus Principis representat personam Principis, &  
eius vice fungitur.
- 7 Delegatus Principis potest mulctare executorem, punire  
vniquemque impediendum suam iurisdictionem.
- 8 Index vnus an teneatur exequi sententiam alterius, si  
fuit ab eo requisitus, num. 10.  
Index ecclesiasticus potest implorare brachium seculare,  
& si non dat, excommunicat eum, nu. 26.
- 9 Iudici auctoritas facit licitum quod aliis erat illicitum,  
num. 44.  
Index potest moueri ad sententiandum ex confessione  
sibi facta viva voce, & ex aliqua scriptura sibi o-

- stensa, licet in actis non reperiatur descripta.
- 10 Delegatus Principis habet merum, & mixtum impe-  
rium, & potest exequi sententiam suam & excommu-  
nicari, & accipere manum militarem ab Ord-  
nario.
  - 11 Precepto Superioris qui non obedit, morte moritur, &  
dicitur rebellis, & hoc qualiter intelligatur, nu. 37.  
Carcera un excipiens de carcere, qui erat confessus, vel  
condemnatus de crimine, tenetur i. iul. marci.
  - 12 Executor merus non habet cognoscere de iustitia, vel in-  
iustitia cause.
  - 13 Appellatio fuit inducenda ad releuandum gratiam  
Officialium, nu. 45.  
Appellari etiam potest à Delegato Principis.
  - 14 Appellans non potest verbo iniuriari Iudici à quo.  
Ordinarium remouit facit cessare extraordinarium.
  - 15 Index ordinarius an possit resistere Delegato exequen-  
ti sententiam suam.
  - 16 Index dicitur minister Dei in terris, & eius iudicium  
procedit de vultu Dei.  
Index qui non facit iustitiam, dicitur minister diaboli.  
Iustitia est magis accepta apud Deum quam immola-  
re hostias.
  - 17 Index debet habere duas fellas.  
Index non faciens iustitiam, numeratur inter animalia  
bruta, & non dicitur homo.
  - 18 Deseruere oppressos omni uite preceptum, nu. 25.
  - 19 Literis Principis iniusta scribentis, an sit obediendum,  
num. 20. 21.
  - 20 Obediri debet potius Deo, quam Principi iniusta in-  
benti.
  - 22 Iudici an, & quando sit licitum de facto resistere quan-  
do contra ius exequitur.
  - 23 Assessores debent contradicere, & protestari contra  
Officiales iniuste exequentes.
  - 24 Index inferior potest cognoscere de facto Superioris, &  
illud impedire, quando est notorie iniustum.
  - 25 Delegato volenti exequi sententiam, nullam, potest  
resisti.

DISPUTATIO  
**EIVSDEM AVCTO-**  
**RIS ELEGANS ET**  
**DOCTA REPETITIO IN**  
**L. IS POTEST. ff. DE**  
**acquir. hæredit.**

S U M M A R I A.

- 1 Termini quinque in materia acquisitionis hæreditatis inter se diverſi.
- 2 Additionis & agnitionis differentia, numero 3. 4. 5. 10. & 11.
- 3 Animus in acquir. hæred. poteſt ubique eorundem quolibet verbis declarari.
- 6 Adventitiam hæreditatem adire poteſt filius, inſcio etiam & invito patre.
- 7 Proſcilitia hæreditas quæ dicitur.
- 8 Relictum ab uno paterno an dicatur proſcilitium.
- 9 Iudicis officium extraordinarie implorari poteſt à filioſam ſine conſenſu patris.
- 10 Tempus additionis hæreditatis eſt continuum, bonorum poſſ. verò ſtile.
- 11 Infantis nomine carentis tutore quilibet bonorum poſſ. petere poteſt.
- 12 Inſans ex potentia ſuiſtat. tranſmittit ad quoscumque hæredes.
- 13 Immixtio quem reſpiciat.
- 14 Libelli verba improprietate quo ſalvetur libellus.
- 15 Repudiatio & abſenſio, quomodo differant.
- 16 Hæreditas ut poſſit adiri, quid requiratur. Summa legis.
- 17 Repudiare poteſt, qui & adire.
- 18 Hæreditas debet vel tota adiri, vel tota repudiari.
- 19 Regule cui licet quod plus, licet & quod minus, exceptio.
- 20 Legatum non poteſt pro parte repudiari, pro parte acceptari.
- 21 Partem hæreditatis repudiando, nihil agit.
- 22 Filius poſſunt acceptata Emphyteuſi patri pro ſe & liberis data hæreditatem repudiare, & in ſeq.
- 24 Filia dotata excluſa, ab hæreditate paterna per filium, an in Emphyteuſi ſuccedat.
- 25 Aſcendunt non concipiunt femininum in contractibus, quod limita, ut in ſeq.
- 27 Filius Emphyteuſim datam patri pro ſe & liberis non computat in quartam.
- 28 Quarta triplex.  
Emphyteuſis data patri pro ſe, & liberis computatur in legitimam, & quartam, num. 29. & ſeq. ſalut. num. 31. & ſeq.
- 30 Emphyteuſis, quando & quatenus in filiorum prelegari poſſit.
- 31 Adventitia ſunt non proſcilitia acquiſita à patre.
- 32 In patronatus liberti filius retinet non adita hæreditate ſecus in iure patronatus Eccleſiaſtico, in. 33. ſalut. num. 36.
- 34 Filio inſtituto in re certa excluſitur à cohærede univerſali à iure patronatus.
- 35 In patronatus non tranſit ad feminas renuntiantes, vel ſtatuto excluſas.
- 37 In patronatus ad hærentis feudo tranſit in primogenitum.
- 38 Feudum quando retineri poſſet, repudiata hæreditate, & num. 39.
- 40 Filius adendo hæreditatem cum beneficio inveniarij habet feudum liberum.
- 41 Verbum, poteſt, quid importet.  
Aditiõnum modi inſinu.
- 42 Aditio fit ſolo animo, & declaratur annuus verbis & factis.  
Voluntas hominis verbis & facto declaratur.
- 43 Aditio fit verbis designationibus additionem, & in. 44.
- 45 Aditio fit verbis enunciatiuis.
- 46 Teſtamentum dicens nullum adire conſent.
- 47 Interrogans adverſarium, quo hæreditatem poſſideat in iure, adire dicitur.
- 48 Procuratorem conſtituendo ad conſtituendum ſe eſſe hæredem, adire videtur.
- 49 Verba Notarij enunciatiua quando probent in mandato aditionem.
- 50 Teſtamentum condens ſuper hæreditate, adire dicitur.
- 51 Verbum, credo, in principali eſt verbum veritatis.
- 52 Rationes defuncti requirentis ut deliberet, non conſentit adire.

# REPETITIO LEGIS, SI ACTOR ff. DE PROCV- RATORIBVS, EDITA PER PRÆCLARVM I. V. DOCTOR. Dominum Robertum Marantam Venusinum,

## S Y M M A R I A,

- 1 Procurator quis sit.
- 2 Procurator, quomodo constituitur.  
Instrumentum debiti in iudicio habens, an Procurator  
constituitur?
- 3 Procurator non potest constitui nisi à Domino li-  
ta.
- 4 Pupillus non dat procuratorem, sed tutor.
- 5 Procurator ante litem contestatam non constituit pro-  
curatorem, sine speciali mandato, nu. 8.
- 6 Dominus post litem contestatam non potest citari, ne-  
que ut contumax reputari.
- 7 Procuratore absente citatur Dominus.
- 8 Tutor vel curator non potest ante litem contestatam, procura-  
torem dare.  
*Administratores ad commodum proprium possunt an-  
te litem contestatam procuratorem constituere, nu. 10.*
- 9 Comparatio principalis impedit constitutionem procura-  
toris ante litem contestatam in Regno.
- 10 Litis contestatio ubi non celebratur primus actus  
fiendus post litem contestatam loco litis contesta-  
tionis est.
- 11 Procurator in rem suam dupliciter quis dicitur.
- 12 Directa actiones & in re enella ab omnibus principalis  
non possunt.
- 13 Procurator in rem suam constituitur quatuor modis,  
nu. 16. & nu. 86.
- 14 Differentia inter cedere & mandare actiones.
- 15 Procurator in rem suam an verè procurator dici  
possit.
- 16 Directa actio non intentatur ubi utilis tantum  
cessa est.
- 17 Cessionarius non est creditor eius contra quem est facta  
cessio.

- 18 Cessionarius potest vigore pacti cum cedente minus  
bona debitoris costi propria auctoritate capere,  
& nu. 22.
- 19 Differentia directa & utilis actionis & eius effectus,  
nu. 24. & seq.
- 20 Summa legis & facti species, nu. 42.  
*Actori liberum est agere cum Reo, vel cum procurato-  
re in rem suam: idem in Reo, nu. 32.*
- 21 Reus, habens plures Iudices, convenitur ab Actore co-  
ram quolibet.
- 22 Reus obligatus ad centum vel ad pignus con-  
venitur ad centum, neque liberatur, pignus offe-  
rendo.
- 23 Promissio servitutis in electione Actoris est, qua  
ire velis.
- 24 In electione plurium actionum, electio Acto-  
ris est.
- 25 Electionem habet Actor in alternatis obligationibus,  
locorum.
- 26 Obligatus diversis bonis penes diversos, quemlibet con-  
venire potest.
- 27 Actor in summaris, verbo vel scriptis petit.
- 28 Legatarius electionem habet in legato incerte  
res certa.
- 29 Promissio alternativa de duobus vel uno dando, electio  
eius est cui promissio facta.
- 30 Conveniri coram certo Iudice qui nequit, potest tamen  
reconveniri.
- 31 Clericus potest coram Iudice laico reconveniri.
- 32 Succedens ex titulo oneroso non potest reconveniri.
- 33 L. Si Actor. ff. de procuratorib. an procedat in causa  
reconventionis: & ibidem de varia casum eiusdem  
positione, nu. 47. & 53.
- 34 Iura activa transeunt in emptorem hereditatis,  
ipso iure.  
*Emptor hereditatis inuitus non convenitur.*

# INDEX LOCUPLES ET

## FIDELIS IN TRACTATVM

ROBERTI MARANTÆ VENVS.

Auctore Io. Baptista Ziletto,

Veneto.



**A**bbas maior est potestas  
in monachum regularem  
quàm Episcopi in Clericum  
secularem, in sexta  
parte, vers. appel. numero  
335. pagina 464

**A**blatiuus absolutus, im-  
portat conditionem, in vj.  
parte, vers. citatio, numero

57. circa medium.

**A**bolitio criminis facit accusatorem euitare om-  
nem pœnam, & qualiter, & à quo concedatur, &  
quis sit abolitionis effectus, in vj. parte, vers. in-  
quisit. nu. 83.

**A**bſens, qui nullibi reperitur, nec habet certam  
domum, potest per proclama citari, in vj. parte,  
vers. citatio, nu. 101.

**A**bſens, quando vult pati missionem in possessio-  
nem, debent eius consanguinei per publicum  
proclama citari, ibi. nu. 107.

**A**bsolutio simpliciter concessa à pluribus excom-  
municacionibus, ad omnes refertur, in iij. parte,  
9. dist. nu. 7.

**A**bsolutio à iuramento concessa per iudicem  
ecclesiasticum, potest iudex laicus de eius nul-  
litate cognoscere, in iij. parte, 12. dist. nu. 58.

**A**bsolutus de aliquo crimine, non potest amplius  
accusari, nisi sententia absolutoria lata esset ab  
obseruatione iudicij, in vj. parte, vers. inquisitio,  
num. 32.

**A**bsolutus per transactionem, quando possit iterum  
accusari, ibid. nu. 55.

**A**bsolutus in foro animæ, potest iterum accusari  
in foro terrestri, ibid. nu. 87.

**A**bsolutoria fertur ab obseruatione iudicij etiam  
in causa appellationis, quando iudex causæ prin-  
cipalis protulit sententiam super processu inua-  
lido, in v. parte, nu. 31.

**A**bsolutoria fertur ab obseruatione iudicij, quan-  
do actor, lite contestata, se absentat, & non pro-  
sequitur causam, ibid. nu. 32.

**A**bsolutoria ab obseruatione iudicij, fertur etiam

quando actor semiplene probauit, & propter  
eius absentiam, non potest sibi iuramentum sup-  
pletorium deferri, ib. nu. 55.

**A**bsolutoria ab obseruatione iudicij diffinitiva di-  
citur, quando reus soluit debitum pendente iu-  
dicio, ibid. nu. 54.

**A**bsolutoria ab obseruatione iudicij, quod sit inter-  
locutoria, in vj. parte, vers. sententia, nu. 33.

**A**ccidens quod sit, in ij. parte, nu. 30.

**A**ccidentalia iudiciorum, & contractuum quæ di-  
cantur, in ij. parte, nu. 30.

**A**ccidentalia possunt tolli per partes, ibidem, num.  
44.

**A**ccusatio criminalis ad pœnam oritur, commissio  
homicidii, in iij. parte, 1. dist. nu. 7.

**A**ccusationis loco fama succedit, iudice proceden-  
te per inquisitionem, in ij. parte, nu. 3.

**A**ccusator agens merè criminaliter, non potest ex-  
stimare iniuriam, sed hoc pertinet iudici, in iij.  
parte, 1. dist. nu. 11.

**A**ccusator non admittitur in Regno, nisi suam vel  
suum iniuriam prosequatur, in iij. parte, 6.  
dist. nu. 57. 58. fol. 95. & in vj. parte, vers. inquisi-  
tio, nu. 59.

**A**ccusator colludens, seu pœnaticans cum accusa-  
to, qualiter puniatur, & quando presumatur col-  
lusio, in vj. parte, vers. inquisitio, num. 27.

**A**ccusator consanguineus, pro iniuria consangui-  
nei, vsque ad quem gradum admittatur in dicto  
vers. inquisitio, nu. 62. & num. 72. 248.

**A**ccusator non comparens, vel desistens ante vel  
post litem contestatam, qualiter puniatur, ibid.  
num. 80.

**A**ccusator si se absentat, qualiter Iudex procedere  
debeat, ibid. num. 81.

**A**ccusator desistere potest ante, quàm reus com-  
pareat, vbi non vertitur in tetelle fisci, ibidem,  
numero 82.

**A**ccusator ad instantiam Rei tenetur declarare  
diem commissi criminis in libello, in vj. parte,  
vers. libellus, num. 14.

**A**ccusatore supetueniente, an & quando cesset  
inqui-